



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Lectori Benevolo Bibliopola S. & O.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)



LECTORI BENEVOLO  
BIBLIOPOLA

S. & O.

**N** tibi novum argumentum  
Acti non è multis, quem vel  
nominasse laudasse fuerit.  
ARNOLDO illi CORVINO  
nomen erat, aut si malis,  
Domino à Belderen. Phœnicem credas, post  
cine-

† 2

## PRÆFATIO

cineres jam redivivum, si unquam. Sic certè est Musa, dignum laude Virum mori vetat, ut cum desinit, vivere demum incipiat. Æterna virtutis cum eruditione indoles, memoria æterna. Quod si verum verbum est, mali corvi malum ovum, firmo stabit talo, quod boni bonum. Sapor vinum, gemmas splendor commendat, sed virum sermo, opus Magistrum. Lege hæc, & judica. Tractatum Ejus de Personis & Beneficiis Ecclesiasticis hinc offerimus, nec vulgatum hactenus, nec vulgarem, compositum ad Canones & Extravagantes, nec quicquam extravagantem. Sapientis erit, ex ungue leonem. Tantus fœtus tanto dignus Parente, hoc solo infelicio, quod isto præmaturè erepto videatur posthumus, dum, nescio quâ suâ culpâ Heredumve fatò, miser pupillus inter situs & squalores ferè interim consenuit, tandem favente Numinis gratiâ,  
obste-

## ADOLECTOREM.

obstetrice prelo nostro, haut spernendo lytro,  
suis pro meritis vindicatus, assertus & post-  
liminid quasi restitutus; quod pro nostris  
(absit verbo jaclantia) in rem literariam  
studiis ægrè tulerimus, eruditum Orbem,  
hujusq; præsertim non ultimum decus, Studi-  
osam Juvenum Coronam, diutius carere tam  
per spicuo Phosphoro, & ad optatiùs perme-  
tiendum vastissimos Sacrorum Canonum La-  
byrinthos fidone Agathe inquam, an Ari-  
adne? Nempe parum erimus injurii, sub  
sequioris sexus schemate ingenuam hanc  
poem præsentantes, utiq; perinde na-  
tam, ut ex Jovis olim Minerva cerebro.  
Certè virginea amant Camœnæ, virgines  
ipsæ, credo, ut citiùs amplecteretur delica-  
tior ætas, exosculareturq;. Quicquid sit,  
non licuisset nobis per publicos hosce strepi-  
tus in adornanda hac editione tam esse cor-  
datis, ni crebri monitores, rerum peritis si-  
mi,

mi, maturandi animos addidissent, qui & argumenti nobilitatem, & delicatam raritatem, quæ liber conscriptus legitur, methodum celebrando salivam facile moverunt nec tum nauseantibus. Ne dolò dicamus, mundinali nuper in Catalogo promissum hoc Glycerium mox vel Penelopen procorum cetera superavit, cuius hinc telam texere è re vel nostrâ vel communi duximus ne utiquam. Quin & Prodromus iste, qui plausibili non ita pridem sub Institutionum Juris Canonici titulo præcessit, passim brevi quinquies aut sexies recusis, sperare jubet, fore, ut & hæc emissa colonia, instructor scilicet præ illo, & variâ suppellectili beator, i. e. benè auctior, æquè secundo flumine appelleret, nosq; suspendendâ proin hederâ facile super sessuros.

Interim qui non norunt Autorem, hinc  
 si non

## AD LECTOREM.

si non ora & lineamenta, miras certè ingenii dotes colligent, ad vivum præsentatas & ex assè, ut ovo vix ovum similis, nec Apelle qui pingat, nec qui fingat Lysippo opus fuerit. Genuini scilicet Justitiæ Sacerdotis, si quis alius, gemino nomine; quia Jura tradit, & hæc Ecclesiastica; veri & æqui adeò amantis, ut decies, nec proletariis autoritatibus, probasse, quàm semel statuisse, & non tam dixisse, quam fideliter retulisse videatur, ne incautior in verba ejus jures, & quia <sup>avrs</sup> <sup>è</sup> <sup>Φα</sup>, hoc consilio, ut se ab epidemio fere, modernis maximè moribus, & plagii & philantiæ contagio immunem bonis præstiterit omnibus.

Cæterum scias, Virum hunc doctum fuisse, i. e. male scripsisse characteres, in quæis si vitulus typographicus exarando, aberrando, ut fit, offendit, memento ab ho-

††

mini-

PRÆFATIO &c. A

minibus humani nil alienum; quin certa ma-  
la dari, nec mala, quoniam cum macula.  
Ipse Argus aliquando parum erat Argeus;  
Tu argutus magis & lynceus si pro benevo-  
lencia Tua minutias istas removeris, magnus  
clueto nobis Apollo. Vale! Dab. Franco-  
furti ad Moenum ipsis Calendis Mart. 1708.

PRI